

C A P. XVI.

Io è trasformata in vacca. Disperazione d' Inaco.

Pieno d' immenso disperato affanno,
Steso sull'urna, cui del proprio pianto
Accrescea l'acque, ognor chiamando a nome
La diletta sua figlia, e la sua sorte,
Perch'ei fosse immortale, avendo a sdegno,
Si stava il miser Inaco.

(SPOLVERINI, Coltiv. del Riso, Lib. IV.)

Est nemus Æmonia, prærupta quod undique claudit
Silva: vocant Tempe, per quæ Peneus, ab imo
Effusus Pindo, spumosis volvitur undis;
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conduceit, summasque aspergine silvas
Impluit, et sonitu plus quam vicina fatigat.
Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni
Amnis: in his residens, facta de cautibus antro,
Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.
Conveniunt illuc popularia flumina primum,
Nescia gratentur, consolenturne parentem,
Populifer Sperchius, et irrequietus Enipeus,

XVI. *Est nemus.* Descrizione dell' amenissima valle di Tempe in Tessaglia (*Æmonia*).

Prærupta . . . silva. Selva su monti scoscesi.

Peneus. Fiume nobilissimo di Tessaglia, che nasce alle radici del Pindo.

Dejectu . . . gravi. Con corso precipitoso.

Agitantia fumos. Gli spruzzi dell'acqua i quali per la loro tenuità somigliano il fumo.

Fatigat. Fa tale strepito che assorda non solo i vicini ma anche i più lontani. Il Petrarca disse del Nilo:

Col gran suono i vicin d' intorno assorda.

Penetralia. L'antro da cui il fiume scaturisce.

Jura dabat. Imperava.

Nymphis. Alle figlie del Peneo.

Popularia. Del medesimo popolo, o paese. Tutti i fiumi di Tessaglia erano tributari del Peneo.

Gratentur, consolenturne. Non sanno se debban congratularsi con lui dell' onore che la sua figlia ha ricevuto dalla sua trasformazione in lauro sacro a Febo, ovvero se consolarlo del dolore sentito nel perderla.

Sperchius. Oggi *Agriomela*, fiume colle ripe piene di pioppi.

Enipeus. Scaturisce dall' Otri monte di Tessaglia. In Tessaglia

Apidanusque senex, lenisque Amphrysus, et Aeas;
Moxque amnes alii, qui, quæ tulit impetus illos,
In mare deducunt fessas erroribus undas.
Inachus unus abest, imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas, natamque miserrimus Io
Luget, ut amissam: nescit vitæne fruatur,
An sit apud Manes; sed quam non invenit usquam,
Esse putat nusquam, atque animo pejora veretur.
Viderat a patrio redeuntem Jupiter illam
Flumine: et, O virgo, nemorum pete, dixerat, umbras,
Dum calet, et medio sol est altissimus orbe.
Ne fuge me, fugiebat enim. Jam pascua Lernæ,
Consitæque arboribus Lyrceia reliquerat arva:
Cum Deus inductâ latas caligine terras
Occuluit. Medios Juno despexit in agros;
Et noctis faciem nebulas fecisse volucres
Sub nitido mirata die, nec fluminis illas
Esse, nec humenti sensit tellure remitti:
Atque suus conjux ubi sit circumspicit; ut quæ
Deprensi toties bene nosset furta mariti.
Quem postquam cælo non repperit; Aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait: delapsaque ab æthere summo
Constitit in terris, nebulasque recedere jussit.
Conjugis adventum præsenserat, inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.
Bos quoque formosa est: speciem Saturnia vaccæ
Quanquam invita, probat: necnon et cujus, et unde,
Quove sit armento, veri quasi nescia, quærit.

pure è l' Apidano il quale, accolte presso Farsaglia le acque dell' Enipeo, entra nel Peneo.

Amphrysus. Scorreva per quella parte di Tessaglia che fu detta Ftiotide.

Aeas. Piccolo fiume che mette foce nel mare Ionio.

Inachus. Fiume di Aczia.

Manes. All' Inferno, tra le ombre dei morti.

Patrio . . . flumine. Inaco.

Lernæ. Palude famosa in Grecia.

Lyrceia. Da Lirceo monte di Arcadia.

Noctis faciem. Notte.

Remitti. Non esser vapori nati dal fiume, nè esalati dalla terra.

Inachidos vultus. Io, figlia d' Inaco.

Speciem Saturnia etc. Giunone, comechè a mal in cuore, ne loda la bellezza.

Jupiter e terra genitam mentitur, ut auctor
Desinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.

CAP. XVII.

Io, data in custodia di Argo, è riconosciuta da Inaco.

... In queste stesse
Piagge da lei peregrinate, e corse,
... più volte de' suoi acerbi casi
Col piè segnò la solitaria arena,
Ch'indi bagnò di lacrime ecc.
(SPOLVERINI, Coltiv. del Riso, Lib. IV.)

Pellice donatâ, non protinus exiit omnem
Diva metum, timuitque Jovem, et fuit anxia furti,
Donec Arestoridæ servandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
Inde suis vicibus cinctum bina quietem;
Cætera servabant, atque in statione manebant.
Constiterat quocumque loco, spectabat ad Io:
Ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.
Luce sinit pasci: cum sol tellure sub alta est,
Claudit, et indigno circumdat vincula collo.
Frondebis arboreis, et amarâ pascitur herbâ;
Proque toro, terræ, non semper gramen habenti,
Incubat infelix, limosaque flumina potat.
Illa etiam supplex Argo cum brachia vellet
Tendere, non habuit quæ brachia tenderet Argo;
Et conata queri, mugitus edidit ore,
Pertimuitque sonos, propriâque exterrita voce est.
Venit et ad ripas, ubi ludere sæpe solebat,
Inachidas ripas; novaque ut conspexit in undâ
Cornua, pertimuit, seseque exterrita fugit.
Najades ignorant, ignorat et Inachus ipse,

XVII. *Pellice donatâ.* Giunone ricevuta che ebbe in dono Io, sua rivale, finchè non l'ebbe data in guardia ad Argo figlio di Arestore (*Arestoridæ*) temè che Giove non gliela furasse.

In statione. Vegliavano in guardia. Metafora presa dai soldati. *Quamvis aversus.* Argo vedeva sempre Io, o gli stesse davanti, o di dietro.

Luce. Il giorno.

Indigno. Non degno di esser legato.

Proque toro. Invece di letto si distende sulla nuda e dura terra.

Najades. Dee de' fonti e de' fiumi, figlie d' Inaco, e perciò sorelle d' Io.

Quæ sit: at illa patrem sequitur, sequiturque sorores,
Et patitur tangi, seque admirantibus offert.
Decerptas senior porregerat Inachus herbas;
Illa manus lambit, patriisque dat oscula palmis,
Nec retinet lacrymas: et, si modo verba sequantur,
Oret opem, nomenque suum, casusque loquatur.
Litera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
Corporis indicium mutati triste peregit.
Me miserum, exclamat pater Inachus; inque gementis
Cornibus, et niveæ pendens cervice juvencæ,
Me miserum, ingeminat: tune es quæsita per omnes,
Nata, mihi terras? tu non inventa repertâ
Luctus eras levior: retices, nec mutua nostris
Dicta refers: alto tantum suspiria ducis
Pectore: quodque unum potes, ad mea verba remugis.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores.
Sed nocet esse Deum; præclusaque janua lethi
Æternum nostros luctus extendit in ævum.
Talia mœrentem stellatus summovet Argus,
Ereptamque patri diversa in pascua natam
Abstrahit: ipse procul montis sublime cacumen
Occupat, unde sedens partes speculatur in omnes.

CAP. XVIII.

Mercurio uccide Argo. Siringa è trasformata in canna.

... Assonnaro
Gli occhi spietati, udendo di Siringa,
Gli occhi a cui più vegghiar costò sì caro.
(DANTE, Purg. C. XXXII.)

Nec Superùm rector mala tanta Phoronidos ultra

Litera pro verbis. Non potendo parlare scrisse co' piedi il suo nome sull'arena, e così dette indizio della sua trasformazione.

Tu non inventa etc. Prima di ritrovarti io era meno dolente che ora, perchè invece di una fanciulla ho ritrovata una vacca.

Præclusa . . . janua. Mi è vietato il morire, e ciò fa eterno il mio dolore.

Stellatus. Col capo adorno di molti occhi come il cielo di stelle.

Procul. Qui è lo stesso che *prope*, come in quel verso di Virgilio (Egl. VI.) *Serta procul capiti etc.*

XVIII. *Superùm rector.* Giove.

Phoronidos. Io, sorella di Foroneo.

Supprimit extemplo vocem, firmatque soporem,
Languida permulcens medicatâ lumina virgâ.
Nec mora: falcato nutantem vulnerat ense,
Qua collo est confine caput, saxoque cruentum
Dejicit, et maculat præruptam sanguine rupem.
Arge, jaces; quodque in tot lumina lumen habebas,
Extinctum est, centumque oculos nox occupat una.
Excipit hos, volucrisque suæ Saturnia pennis
Collocat, et gemmis caudam stellantibus implet.

C A P. XIX.

Io, tornata alla antica forma, diviene Iside Dea degli Egiziani.

Felice padre, a cui sì lungo pianto
Origin fu d'eterna gioia e riso!
(SPOLVERINI, Coltiv. del Riso, Lib. IV.)

Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ,
Horriferamque oculis, animoque objecit Erinny
Pellicis Argolicæ, stimulosque in pectore cæcos
Condidit, et profugam per totum terruit orbem.
Ultimus immenso restabas, Nile, labori:
Quem simul ac tetigit, positisque in margine ripæ
Procubuit genibus, resupinoque ardua collo,
Quos potuit, solos tollens ad sidera vultus,
Et gemitu, et lacrymis, et luctisono mugitu
Cum Jove visa queri est. Vultus capit illa priores,
Fitque, quod ante fuit: fugiunt de corpore setæ,
Cornua decrescunt, fit luminis arctior orbis,
Contrahitur rictus, redeunt humerique, manusque,
Ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues.

Medicatâ. Tinta di succhi sonniferi.

XIX. Exarsit. Giunone divampò di sdegno per la morte di Argo e messe le furie nell' animo d' Io (*pellicis Argolicæ*).

Ultimus. Area percorso, fuggendo, tutto il mondo. Ci rimaneva l' Egitto, accennando qui col nome del suo fiume.

Immenso . . . labori. All' immensa fatica della fuga.

Vultus capit. Ritorna in uman volto.

Luminis . . . orbis. L'occhio.

Rictus. Grifo, apertura della bocca.

Ungula . . . in quinos. L' unghia bisulca del bove si divide in cinque dita (*ungues*).

De bove nil superest, formæ nisi candor, in illâ:
Officioque pedum Nymphe contenta duorum
Erigitur; metuitque loqui, ne more juvenæ
Mugiat, et timide verba intermissa retentat:
Nunc Dea Niligenâ colitur celeberrima turbâ.

C A P. XX.

Epafò figlio d' Io diviene un Dio Egiziano. Suo contrasto con Fetonte.

Venne a Climenè per accertarsi
Di ciò che aveva incontro a sè udito
Quel (*Fetonte*) ch' ancor fa li padri a' figli scarsi.
(DANTE, Parad. C. XVII.)

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditor esse Jovis: perque urbes juncta parenti
Templa tenet. Fuit huic animis æqualis, et annis
Sole satus Phæton, quem quondam magna loquentem
Nec sibi cedentem, Phæboque parente superbum
Non tulit Inachides: matrique, ait, omnia demens
Credis, et es tumidus genitoris imagine falsi.
Erubuit Phæton, iramque pudore repressit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem.
Quoque magis doleas, genitrix, ait, ille ego liber,
Ille ferox, tacui: pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuisse, et non potuisse refelli.
At tu, si modo sum cælesti stirpe creatus,

Intermissa. Interrotte.

Niligenâ . . . turbâ. Dal popolo che abita sulle rive del Nilo, che lo alimenta. Ora Io è adorata Dea dagli Egiziani sotto il nome d' Iside.

Celeberrima. Perchè gli Dei più celebri dell' Egitto erano Osiri ed Iside, ed essi soli avevano templi.

XX. Hinc. Da Io.

Juncta parenti templa. È adorato dagli Egiziani insieme colla madre.

Animis. Per l' orgoglio degl' illustri natali.

Magna loquentem. Faciente gran vantì.

Inachides. Epafò, nipote d' Inaco.

Matri. Tu credi a Climene tua madre che ti dice figlio del Sole, ma sei ingannato.

Ede notam tanti generis, meque assere cælo.
 Dixit, et implicuit materno brachia collo,
 Perque suum, Meropisque caput, tædasque sororum,
 Traderet, oravit, veri sibi signa parentis.
 Ambiguum est, Clymene precibus Phætonis, an irâ
 Mota magis dicti sibi criminis; utraque cælo
 Brachia porrexit: spectansque ad lumina solis,
 Per jubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis,
 Nate, tibi juro, quod nos auditque, videtque,
 Hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,
 Sole satum: si ficta loquor, neget ipse videndum
 Se mihi; sitque oculis lux ista novissima nostris.
 Nec longus patrios labor est tibi nosse penates:
 Unde oritur, terræ domus est contermina nostræ.
 Si modo fert animus, gradere, et scitabere ab ipso.
 Emicat extemplo lætus post talia matris
 Dicta suæ Phæton, et concipit æthera mente;
 Æthiopasque suos, positosque sub ignibus Indos
 Sidereis transit, patriosque adit impiger ortus.

Ede notam. Dammi un segno per cui io mi creda di sì nobile stirpe, e restituiscimi l'origine celeste (*assere cælo*).

Per . . . tædas . . . sororum. Per le nozze delle sorelle. Le *fiac-Meropis*. Padre putativo di Fetonte, e re di Etiopia.

Ambiguum est. È incerto se Climene fosse più commossa dalle preghiere del figlio, o indispettita della colpa imputatale.

Lux . . . novissima. Che io muoia subito.

Patrios . . . penates. La casa paterna, la reggia del sole.

Domus . . . contermina. L'India da cui nasce il sole è confinante all' Etiopia patria di Climene e di Fetonte.

Concipit æthera. Stabilisce subito di andare al cielo: già col pensiero vi è.

Ignibus . . . sidereis. Sotto un sole caldissimo. L'India è nella zona torrida.

Patrios . . . ortus. Al luogo dove il Sole, padre suo, nasce.

OVIDIO

LE METAMORFOSI

LIBRO SECONDO



Descrizione della reggia del Sole. Fetonte chiede al padre il governo del suo carro almeno per un giorno.

Sorgea un palazzo
 Fiammeggiante di gemme, e di fin oro,
 Tanto splendore intorno e tanto lume
 Raggiava fuor d'ogni mortal costume.
 (ARIOSTO, C. XXXIV.)

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
 Clara micante auro, flammisque imitante pyropo;
 Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat;
 Argenti bifores radiabant lumine valvæ.

Clara micante auro.

Fiammeggiante di gemme e di fin oro
 Che chiaro giorno a mezza notte accende.
 (POLIZIANO, st. 95.)

Pyropo. Il piropo si componeva di tre parti di rame e di una d'oro.

Lucido di piropi e di giacinti.
 (TASSO, Gerus. C. XVII.)

Fastigia summa. La sommità del tetto.

Argenti bifores.

Le porte qui d'effigiato argento
 Su i cardini stridean di lucid'oro.
 (Idem, C. XVI.)